

Quid tibi facere placet?

Julia: Salve.

Quintus: Salve, ut vales?

Julia: Optime. Quod nomen tibi est?

Quintus: Mihi nomen est Quintus. Et tibi?

Julia: Julia. Ubi habitas?

Quintus: In Lutetia habito.

Julia: Scisne loqui Germanice?

Quintus: Minime. Scio loqui paulum Anglice, Latine et Hispanice.

Julia: Suntne hi amici?

Quintus: Non amici sunt, sed mea soror et meus frater. Eorum nomina sunt Marcus et Delia.

Julia: Habeo quoque unam sororem sed nullum fratrem. Quot annos nati sunt?

Quintus: Meus frater sex annos natus est. Mea soror undecim annos nata est.



Julia: Quid tibi facere placet?

Quintus: Musicam audire, televisorium spectare et ludere pediludio soleo.

Julia: Mihi placet libros legere, teniludio ludere et clavili canere.

Quintus: Ludimusne teniludio?

Julia: Hodie non possum. Crasne potes?

Quintus: Ita est. Vale.